

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et] emendatum - Cod. Lichtenthal 134

Le Blanc, Jean

[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]

Dedikationsmessen

[urn:nbn:de:bsz:31-40622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40622)

In anniuersaria dedicatio, ecclesie

In illo tempore. Ingressus iesus perambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanorum: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset et non poterat pro turba quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sic hominum ut videret illum: quia inde erat transitus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum: et dixit ad eum: zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes: murmurabant dicentes: quod ad hominem peccatorum diuertisset. Stans autem zacheus: dixit ad iesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudauit: reddo quadruplum. At iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere: quod perierat. **Crede. Offz. Domine deus in simpli.**

Omnipotens sempiternus deus altare nomini tuo dicatum celestis virtutis benedictione sanctifica: et omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende ut hic sacramentorum virtus: et votorum obtineatur effectus. **Per dominum. Cōio. Domus mea. Postcōio.**

Quesumus omnipotens deus ut hoc in loco quem nomini tuo indigni dicauimus: cunctis petentibus aures tue pietatis accommodes. **Per. In anniuersaria ecclesie dedicatione. Introitus.**

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et vocabitur aula dei **ps. Quam dilecta tabernacu-**

la tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. **Collecta.**

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem: et sacris semper mysterijs representas incolumes exaudi preces populi tui: et presta ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. **Per dominum. Lectio libri apocalypsis b. Johannis apostoli. cxi.**

In diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de celo: a deo paratam: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors non erit ultra: neque luctus: neque clamor: neque dolor erit ultra: que primo abierunt: et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua: facio omnia. **Ps. Focis iste a deo**

factus est inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. **Ps. Deus cui astat angelorum chor: exaudi preces seruatorum tuorum. Alleluia. Ps. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Alleluia. Ps. Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. Si tempore paschali eueneris hec duo Alleluia. dicantur. Si in septuagesima. Tractus.**

Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. **Ps. Motes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui et hoc nunc et usque in seculum.**

Secundum Lucam. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona

De sal
que facit fructus malos:
et mala faciens fructum bonum
Et magis enim arbor: de fructu
cognoscitur. Neque enim de stercore
hinc ficus: neque de rubo
granum. Bonus homo de bono
latro cordis sui proferit bonum
malus homo de malo thesaurum
ferit malum. Et abundanti
dis: os loquitur. Quid enim
tis me domine dicit: non facit
dicit: Omnis qui bona ad me
dit sermones meos: et facit
dam vobis cui similis est.
est homini edificanti domum
dit in altum: et posuit fundamentum
supra petram. Inuidatione
illius est flumen domus
potuit eam mouere. Funda
supra petram. **Crede.**
nima: deus in simplicitate cordis
obtrui vniuersa: et populum merum
tus est vidi cum ingenti gaudio
custodi hanc voluntatem illa.

Anue questum? do
ribus nostris: ut qui
tra templi huius cuius an
nium dedicationis die cele
ambitum continemur: ple
que perfecta corporis et am
tione plantamus ut dum h
tia vota reddim? ad eterna
te adiuvati veni mereamur
**Cōio. Domus mea: domus orationis
cabitur dicit dominus in omnis
accipit et qui querit inuam et pulsa
tietur alleluia alleluia.**

Deus qui ecclesiam tuam
sam vocare dignatus
que habet gratiam per fidem
nonē: habet etiam et nom
nem: da ut omnis heri plebs
mo seruiens huius bo
colatio digna esse merita
tua in templo tuus
et.

De sancta cruce.

Ho. Ibi.

na que facit fructus malos: nec arbor mala faciens fructum bonum. Quaqueque enim arbor: de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo videntur uiam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis: os loquitur. Quid enim uocatis me domine dñe, et non facitis que dico: Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam uobis cui similis est. Similis est homini edificanti domum: qui fodit in altum / et posuit fundamenta supra petram. In uindatione autem facta illisum est flumen domui illi: et non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. **Credo.** **Off.** Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli uniuersa et populum meum qui repletus est uidi cum ingenti gaudio deus israel custodi hanc uoluntatem alfa. **Secreta.** **A**nuere quesumus domine precibus nostris: ut quicumque intra templi huius cuius anniuersarium dedicationis die celebramus: ambitum continemur / plena tibi atque perfecta corporis et anime deuotione placeamus ut dum hec presentia uota reddimus ad eterna premia te adiuuante uenire mereamur. **Per.** **Cōio.** Domus mea domus orationis uocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur alleluia alleluia. **Postcōio.** **D**eus qui ecclesiam tuam spem fam uocare dignatus es / ut que haberet gratiam per fidei deuotionem / haberet etiam ex nomine pietatem: da ut omnis hec plebs nomini tuo seruiens huius uocabuli consortio digna esse mereatur et ecclesia tua in templo cuius anniuersarii.

uersarius dedicationis dies celebratur tibi collecta te timeat / te diligat te sequatur: ut dum iugiter per uestigia tua graditur: ad celestia promissa te ducere peruenire mereatur. Qui uiuis et regnas deus.

C De sancta cruce. Introitus.



Deus autem gloria tibi oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus uita et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus alleluia alleluia. **ps.**

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri. **Collecta.**

Deus qui unigeniti filij tui precioso sanguine / uirgine crucis uexillum sanctificare uoluisti: concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore: tua quoque ubique protectione gaudere. **Per eundem.**

C Ad philippenses. ii.

Apatres. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltauit: et donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne genu flectatur / celestium / terrestrium / et inferorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dñs iesus christus: in gloria est dei patris. **R.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. **V.** Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. **Alfa. V.** Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

C Secundum mattheum. xx.

In illo tpe. Ascendens iesus hierosolimam: assumpsit duodecim

x

De b. Maria per aduentum,

discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascendim⁹ hierosolymā et fili⁹ hois tradetur principibus sacerdotum et scribis / et condemnabunt eū morte. Et tradent eum gentibus ad deludendum: & flagellandum & crucifigendum. Et tertia die: resurget.

Offz. Verbum crucis pereuntibus stulticia est: his autem qui salui fiūt id est nobis virtus dei est alleluia.

Secreta.

Hec oblatio domine ab omnibus nos purget offensis que in ara crucis etiam toti⁹ mūdi tulit offensā. Per. **Cōio.** Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster alleluia alleluia.

Postcōio.

Adesto nobis domine de⁹ noster: et quos sancte crucis letari honore fecisti: eius quoq⁹ perpetuis defende subsidijs. p. **Postcōio.**

De sancta maria in aduentu dñi Introitus.



Dorate celi desuper et nubes pluant iustū: aperiat⁹ tur terra & germinet saluatorem.

ps. Et iustitia oriat⁹ tur simul ego domi-

nus creauit eum. **Non dicitur** Gloria in excelsis deo.

Collecta.

Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuū angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis: vt qui vere eam dei genetricem credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem.

Lectio ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus / spiritus consilij et fortitudinis / spiritus

scientie & pietatis / et replebit eū spiritus timoris dñi. Non secundū visionem oculorum iudicabit: neq⁹ secundū auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes / & arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides: cinctorium renum eius. **Ps.** Tollite portas principes vestras, et eleuamini porte eterne et introibit rex glorie. **Ps.** Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius: innocēs manibus et mundo corde. **Alleluia.** **Ps.** Virga iesse floruit virgo deum et hominem genuit, pacem de⁹ reddidit in se reconcilians ima summis.

Secundum Lucam.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee / cui nomen nazareth / ad virginem desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid / & nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Ave gratia plena: dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud / quoniam virum non cognosco: Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obrabit tibi. Ideoque et quod nasce-



Ave laus in excelsis deo

Quoniam nos tantum
q⁹ dñe deus perpetuo
temporis sancti gauder
vitate marie: semper o
mnia / presentia libera

Missa de l

me et te sanctum: vocabi
dei. Et cum elisabeth cogn
ipia concepit filium in sen
Et huius mensis est sermo
catur sterilitis: quia non
hinc apud deum omne be
nt autem maria. Ecce an
ni. Fiat michi secundum
tuum. **Offertorium.** H
cia plena dominus tecum, be
mulieribus et benedictus fru
tu

Inter fidei sacramen
ta / vt qui conceptum
deum verum et homin
mur / per eius salutifer
nis potentiam / ad eter
nū pervenire letitiam

Præfatio. Eterne deus,
vocatione. **Communio.** E
concepit, et pariet filium et vo
men eius emmanuel.

Orationem tuam don
bus nostris infid
gelo nunciante christi fili
nationem cognovimus
nem ei⁹ et crucem ad res
gloriam perducamus. p
Per annum de beata s

Introitus.

Ave laus in excelsis deo
vitate marie: semper o
mnia / presentia libera

Quoniam nos tantum
q⁹ dñe deus perpetuo
temporis sancti gauder
vitate marie: semper o
mnia / presentia libera

Missa de beata Maria.

Jo. Ivis.

tur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. Fiat michi secundum verbum tuum. **Offertorium.** Ave maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Secreta.

In mentibus nostris domine vere fidei sacramenta confirmata / ut qui conceptum de virgine deum verum et hominem confitemur / per eius salutifere resurrectionis potentiam / ad eternam mereamur pervenire letitiam. **Per eundem Prefatio.** Eterne deus. Et te in veneratione. **Communio.** Ecce virgo concipiet, et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel.

Postcoio.

Orationem tuam domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo nunciante christi filij tui incarnationem cognovimus: per passionem eius et crucem / ad resurrectionis gloriam perducamur. **Per eundem Per annum de beata Maria.**

Introitus.



Ave sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit: ut secula seculorum alleluia. **ps.**

Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Gloria patri.

Quoniam nos famulos tuos quos domine deus perpetua matris et corporis sanitate gaudere: gloriosa beate marie semper virginis intercessione / presenti liberari tri-

stitia: et futura perfrui letitia. Per dominum nostrum.

Lectio libri sapien. Ecclesiastici. cxxiiij

Ante initio et ante secula creata sum & usque ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in syon firmata sum / et in civitate sanctificata similiter requievi: et in hierusalem potestas mea. Et tradicavi in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum: detentio mea. **V.** Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater salvatoris. **V.** Virgo dei genitrix que totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. **C.** **Anatiuita. dñi usque ad purificatione. Alleluia.** **V.** Post partum virgo inuoluta permansisti dei genitrix intercede pro nobis. **Sabba. primopost pascha usque ad trinitate. Primum.**

Alleluia. Post partum virgo inuoluta. **Secundum. Alleluia.** **V.** Virga iesse floruit virgo deum et hominem genuit, pacem deo reddidit in se reconcilians ima summis. **Alio tempore. Alleluia.** Post partum virgo inuoluta permansisti. **et Alleluia.** **V.** Virga iesse floruit virgo deum & hominem. **et alternatim dicuntur C.** **A septuagesima usque ad pascha. Tractus.**

Oraude maria hęc cunctas hereses sola interemisti. **V.** Que gabrielis archangelis dictis credidisti. **V.** Dum virgo deum & hominem genuisti, et post partum virgo inuoluta permansisti. **V.** Dei genitrix intercede pro nobis.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba / dixit illi. **Beat** venter qui te portauit: et vbera que suxisti. **At ille dixit.** Quinimo beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. **Off.** Beata es virgo maria

Ni. A pascha usque ad Pentecosten. **Evangelium.** **Joan. 19.** **Quoniam.** **fine. 3 fol.**

De omnibus sanctis.

que dñm portasti creatorē mūdi genuisti q̄
te fecit et in eternum permanes virgo alle-
luia.

Secreta.

Quia domine propitiatione: et
beate marie semper virginis
intercessione: ad perpetuam atque
presentem hec oblatio nobis profi-
ciat salutem. Per dominum nostrū
iesum christum. **Cōio.** Beata viscera
marie virginis que portauerunt eterni pa-
tris filium alleluia.

Postcōio.

Sumptis domine salutis no-
stre subsidijs: da quesumus
beate marie semper virginis nos pa-
trocinis vbiq; protegi: in cuius ve-
neratione hec tue obtulimus maie-
stati. Per dominum.

De omnibus sanctis. Introitus.



In te domine
omnes sancti eius
quonia nichil deest
tamen tuis eum /
diuites eguerūt et
esurierunt / inquirē-
tes aut dñm nō de-

ficient omni bono. **Ps.** Benedicam do-
minum in omni tempore: semper laus eius
in meo.

Collecta.

Concede quesumus omnipo-
tens deus: vt intercessio nos
sancte dei genitricis semperq; virgi-
nis marie sanctorumq; omnium
postolorum / martyrum / confessorū /
atq; virginū / et vniuersum electorum
tuorum vbiq; letificet: vt dum eo-
rum merita recolimus: patrociniā
sentiamus. Per eūdem dñm nostrū
iesum christum filium tuum. Qui.
In vnitāte spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculorum. Amen

**Lectio libri apocalypsis v. Johā-
nis apostoli.**

vii.

In diebus illis. Ego iohānes
vidi angelum ascendentem ab
orsu solis habentem signum dei vni-

et clamauit voce magna quatuor
angelis / quibus datum est nocere
terre et mari dicens. Nolite nocere
terre et mari neq; arboribus: quoad
usq; signem⁹ seruos dei nostri in frō-
tibus eorum. Et audiui numerum si-
gnatorum cētum quadraginta qua-
tuor milia signati: ex omni tribu fi-
liorum israel. Post hec vidi turbam
magnam quam dinumerare nemo
poterat: ex omnibus gentibus et tri-
bubus et populis et linguis / stātes
ante thronum et in conspectu agni:
amicti stolis albis / et palme in ma-
nibus eorum. Et clamabāt voce ma-
gna dicētes. Salus deo nostro / qui
sedet super thronum: et agno. Et o-
mnes angeli stabāt in circuitu thro-
ni / et seniorum / quatuor animalū:
et ceciderunt in conspectu throni in
facies suas / et adorauerūt deum di-
centes amen. Benedictio & claritas
et sapientia: et gratiarum actio: ho-
nor et virtus & fortitudo deo nostro
in secula seculorum. Amen. **Respon.**

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur
in cubilibus suis. **V.** Cantate domino canti-
cum nouum laus eius in ecclesia sanctorū.

Alleluia. **V.** Iudicabūt sancti nationes
et dominabuntur populis: et regnabit illo-
rum rex in eternum.

Secundum Mattheum. v.

In illo tempore. Videns tur-
bas iesus: ascendit in mōtem.
Et cum sedisset: accesserunt ad eum
discipuli eius. Et aperiens os suum
docebat eos dicens. Beati paupe-
res spiritu quoniam iam ipsorum est
regnum cōlorum. Beati mites: quoniam
ipsi possidebunt terram. Beati qui
lugēt: quoniam ipsi consolabuntur. Bea-
ti qui esuriunt et sitiunt iustitiam:
quoniam ipsi saturabuntur. Beati
qui misericordes sunt: quoniam ipsi misericor-
diantur. Beati qui mund-

do corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cum maledixerit vobis homines / et persecuti vos fuerint / et dixerint omne malum aduersum vos mentientes: propter me. Gaudete in illa die et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. **Offz.** Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictio deus alfa. **Secreta.**

Oblatis domine placare munere oribus: et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. Per eundem dominum.

Coio. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio alfa. **Postcoio.**

Simplis domine beate marie semper virginis et omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta celestia: presta quesumus: ut quod temporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur. Per dominum nostrum.

De omnibus sanctis. Collecta.

Acunctis nos quesumus domine mentis et corporis defende periculis et intercedente gloriosa virgine dei genitrice maria cum beatis apostolis petro et paulo et omnibus sanctis salutem nobis tribue benignus et pacem: ut destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis / ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem. **Secreta.**

Audi nos deus salutaris noster: ut per huius virtutem sacramenti: a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti et gloriam in futuro. Per dominum. **Pol.**

ci.

Mandet et mittat quesumus domine diuini sacramenti nos munus oblatum: ut intercedente beata virgine dei genitrice maria cum beatis apostolis tuis petro et paulo et omnibus sanctis / a cunctis nos reddas et peruersitatibus expiatis: et aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

Missa pro pace. Introitus.

Da pacem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui et plebis tue israel. **ps.** Uetat

cum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. **Collecta.**

Deus a quo sancta desideria / directa consilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine tepora sint tua protectione tranquilla. Per dominum nostrum. **Epistola.** Si iniquitates. **ut inica in missa pro quacunque tribulatione. R.** Uetatus sum in

his que dicta sunt michi in domum domini ibimus. **V.** Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. **Alfa.** Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te. **Euangelium.** Dicebat iesus ad discipulos. **vide inferius in proxima missa. Offertorium.** Sicut in holocausto arietum et taurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine. **Secreta.**

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus / dignare preces et hostias dicata tibi plebis suscipere: ut pax

Secreta.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus / dignare preces et hostias dicata tibi plebis suscipere: ut pax

Missa pro peccatis.

Ho. Ic.

dominum nostrum.

C Pro quacumque tribulatione.

Salus populi. *vt supra in proxima missa precedente. Collecta.*

I Ineffabilem misericordiam tuam domine nobis clementer ostende: vt simul nos et a peccatis eruas: et a penis quas pro his meremur eripias. *Per dominum.*

Lectio hieremie prophete. *cxiii.*

Si iniquitates nostre contederint contra nos: domine libera nos. **Q**uesumus fac propter nomen tuum: quoniam multe sunt auersiones nostre. **T**ibi peccauimus expectatio israel: saluator noster in tempore tribulationis. **T**u autem in nobis es domine et nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos domine: deus noster. *Ps. 123.*

Liberasti nos domine. **A**lleluia. *Ps. 124.*

Propitius esto. *vt in missa precedente. Secundum Marcum. xi.*

In illo tempore. **D**ixit iesus discipulis suis. **H**abete fidem dei. **A**men dico vobis: quia quicumque dixerit monti huic tollere et mittere in mare: et non hesitauerit in corde suo sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat / fiet ei. **P**ropterea dico vobis: oia quecumque orantes petitis credite quia accipietis: et veniet vobis. **E**t cum stabitis ad orandum: dimitte si quid habetis aduersus aliquem vt et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. **Q**uod si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra. *Off. Si ambulauero vt in missa precedente. Secreta.*

Purificet nos domine quesumus muneris presentis oblatio / et dignos sacra participatione perficiat. *p. e. o. d. Vemento verbi. vt in missa precedente. Postco.*

ci.

Propeccatis. **R**esta domine quesumus: vt terrenis affectibus exptati: ad superni plenitudinem sacramenti cuius libauius sancta tendamus. *Per.*

C Missa pro peccatis. **I**ntroitus.



Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti: quia peccaui tibi et mandatis tui. **N**on obediui sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. *Ps. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege domini. Collecta.*

Aaudi quesumus domine supplicium preces et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. *Per. Epistola. Si iniquitates. vt in missa precedente. Ps. 124.*

Propeccatis. **P**ropeccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorum. **V**ad iuuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui domine libera nos. **A**lleluia. **O**stende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. **E**uangelium. **H**abete fidem. *vt in missa precedente. Off. Si ambulauero qui nouerunt nomen tuum domine quonia non derelinquis querentes te, psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum. Secreta.*

Hostias tibi domine placationis offerimus vt et delicta nostra miseratus absoluas: et nutantia corda tu dirigas. *Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Co. d. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas me. Postco.*

Propeccatis. **R**esta nobis eterne saluator vt percipientes hoc munere veniam peccatorum: deinceps peccata vitemus. *per dom.*

Ad poscēdā pluuiā, Pro serenitate.

Ad poscēdā pluuiam. Introitus.

Respice domine in testamentum tuum et animas pauperum tuorum ne dereliquas in finem: exurge dñe et iudica causam tuam

et ne obliuiscaris voces querentium te. **ps.** Ut quid deus repulisti in finem iratus est furor tuus super oues pascue tue.

Gloria patri. **Collecta.**

Deus in quo uiuimus mouemur et sumus: pluuiam nobis tribue congruentem: ut presentibus subsidijs sufficienter adiuti: sempiterna fiducialius appetamus.

Per. Epistola. Si iniquitates. ut supra. Respo. Conuertere dñe aliquantulum et deprecare super seruos tuos. **Do**mine refugium factus es nobis a generatione et progenie. **Alia. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi uocem meam.**

Euangelium. Habete fidem. ut sup. in euangelio precedente. Offertorium

Sicut in holocaustum arietum et taurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine. **Secreta.**

Oblatis dñe placare muneribus et opportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. **Per.**

Cōio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis: omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur alleluia. **Postcōio.**

Tere nos dñe quia sancta sumentes: et ab omnibus propitius absolue peccatis. **Per. Ad poscēdam serenitatem. Introitus.**

Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitentiam: et parcens illis quia tu es dominus

deus noster. **ps.** Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. **Collecta.**

Ad te nos domine clamantes exaudi: et aeris serenitatem nobis tribue supplicantes: ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur: misericordia tua preueniente clementiam sentiamus. **Per. Epistola. Si iniquitates. ut supra. Responsorium.**

Propitius esto domine peccatis nostris ne quando dicant gentes ubi est deus eorum?

Do adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui dñe libera nos.

Alia. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi uocem meam. Euange. Habete fidem. **ut supra. Offerto.**

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te, psallite domino qui habitat in caelo quoniam non est oblitus orationem pauperum. **Secreta.**

Deueniat nos quesumus domine gratia tua semper et subsequatur / et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecradas deferimus benignus assume ut per intercessionem sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant ad salutem. **Per. Cōio. Tu** mandasti mandata tua custodiri nimis utinam dirigantur uiae mee ad custodiendas iustificationes tuas. **Postcōio.**

Prebs tua domine capiat sacre benedictionis augmentum: et copiosis beneficiorum tuorum subleuetur auxilijs: que tantis intercessionum deprecationibus adiuuatur. **Per dominum.**

Ad repellendam tempestatem. Salus populi. folio. lix Collecta.

Ad domo tua quesumus domine spirituales nequitie repellantur: et aeriarum discedat malignitas tempestatum. **Per. Epistola. Si**

Pro iter agentibus.

Ho. lxi.

iniquitates. folio. lx. **R.** Liberasti.

Alleluia. **V.** Propitius. **vt su.** **Euāge**
Habetes fidem. folio. lx. **Offertorium.**

Si ambulauero. folio. lxx. **Secreta.**

Offerimus domine laudes et
munera / pro concessis benefi-
cijs gratias referentes / et pro conce-
dendis semper suppliciter deprecanti-
tes. **Per dominum. Communio.**

Memento verbi. fo. lxx. **Postcōio.**

Omnipotens sempiterne deus
qui nos et castigando sanas &
ignoscendo conseruas: presta sup-
plicibus tuis: vt & tranquillitatibus
huius optate cōsolationis letemur:
et dono tue pietatis sepe vtamur.
Per dominum nostrum.

Pro iter agentibus. Introitus.

Nesto michi in deum prote-
ctorem et in locum refugij
vt saluum me facias quon-
iam firmamentum meū
et refugium meum es tu et propter
nomen tuum dux michi eris et enu-
tries me. **ps.** In te dñe speraui non cō-
fundar in eternū in iustitia tua libera me et
eripe me. **Collecta.**

Adesto domine supplicationi
bus nostris: et viam famuli
tui famulorum tuorum / in salutis
tue prosperitate dispone: vt inter o-
mnes vie et vite huius varietates /
tuo semper protegatur **auxilium** auxi-
lio. **Epistola.** **S**i iniquitates. fo. lx.

R. **A**ngelis tuis mandauit de te vt custo-
diant te in omnibus vijs tuis. **V.** In mani-
bus portabunt te ne vnq̄ offendas ad lapi-
dem pedem tuum. **A**lleluia. **V.** Letatus
sum in his que dicta sunt michi: in domum
domini ibimus. **Euāge.** Habetes fidem.

fo. lx. **Oratio.** Perfice gressus meos
in semitis tuis vt non moueantur vestigia
mea inclina autem tuā et exaudi verba mea
mirifica misericordias tuas qui saluos fa-
cis sperantes in te domine. **Secreta.**

Propitiare domine supplica-
tionibus nostris et has obla-
tiones quas tibi offerim⁹ pro famu-
lo tuo / **is tuis** benignus assume / vt
viam illius / **lorum** & precedete gra-
tia tua dirigas / et subsequente co-
mitari digneris / vt de actu atq̄ in-
columitate eius / **eorum** secundum
misericordie tue presidia gaudea-
m⁹. **p. Cōio.** **A**men dico vobis quicquid
orantes petitis credite quia accipietis & fiet
vobis. **Postcōio.**

Sumpta domine celestis sacra-
menti mysteria / quesum⁹ ad
prosperitatem itineris famuli tui /
orum tuorum / proficiant & et eum /
eos ad salutaria cuncta perducant.
Per dominum. Missa pro seipso
sacerdote. Introitus.

Ne dereliquas me do-
mine deus meus ne
discedas a me inten-
de in adiutorij meū
domine virtus salu-
tis mee. **ps.** Domine
ne in furore tuo arguas. **Collecta.**

Omnipotens sempiterne deus
tue gratie pietatem supplici
deuotione deposco: vt omnium ma-
lorum meorum vincula soluas / cui
ctisq̄ meis criminib⁹ et peccatis cle-
mēter ignoscas / & quia me indignū
peccatorem ad ministerium tuū vo-
care dignatus es: sic me idoneum ti-
bi ministrum efficias vt sacrificij
de manib⁹ meis placide ac benigne
suscipias / electorumq̄ sacerdotum
me participē facias / et de preceptis
tuis in nullo me oberrare permittas
Per. Lectio libri esdre.

Domine deus confido: et eru-
desco levare faciem meam
te quoniam iniquitates mee multi-
plicate sunt super caput meum: de-
licta mea creuerunt vsq̄ ad celum / a

Missa pro seipso sacerdote,

diebus patrum meorum. Quæso domine deus celi & terre / fortis magne et terribilis qui custodis pactum et misericordiam cum his qui diligunt te. Sit auris tua intendens ad orationem serui tui et dirige eum et da ei misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster. **R.** Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me domine. **P.** Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. **Alia.** De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam.

Secundum Mattheum. viii.

In illo tempore. Cum descendisset iesus de monte secute sunt eum turbe multe / et ecce leprosus adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum iesus dicens. Volo: mundare. Et confestim mundata est lepra eius. **Off.** Miserere michi dñe secundum magnam misericordiam tuam: dele dñe iniquitatem meam. **Secreta.**

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari tibi sacrificium contriti cordis offerri / hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero acceptare digneris / et ut ipse tibi hostia & sacrificium esse merear miseratus concede / ut per ministerii huius exhibitionem / omnium peccatorum percipiam remissionem. **p. Cōio.**

Intellige clamorem meum, intende voci orationis mee ter me? & deus me? quoniam ad te orabo domine. **Postcōio.**

Huius michi dñe sacramenti perceptio / sit peccatorum meorum omniū remissio et tue pietatis optata propitiatio / ut per hec te optulante efficiar sacris mysterijs dignus qui de tua pietate confusus frequentare presumpsi indignus. **Per.**

Alia missa pro seipso sacerdote. Introitus.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuvandum me festina: confundantur et revereantur inimici mei qui querunt animam meam. **ps.** Auertantur retrosum et erubescant qui cogitant michi mala. **Collecta.**

Omnipotens sempiternus deus qui me peccatorem sacris altaribus astare voluisti / et sancti nominis tui laudare potentiam / concede queso per huius sacramenti mysterium / meorum michi veniam peccatorum / ut tue maiestati digne merear ministrare. **Per dominum.**

Ad Romanos. vii.

Ratres. Condelector legi dei secundum interiorum hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee / et captivam me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo / quis me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei per iesum christum dominum nostrum. **Respō.**

Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. **P.** Beat⁹ qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus. **Alia. p.** De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Secundum Mattheum. viii.

In illo tempore. Cum descendisset iesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Domine / si vis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide: nemini dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus quod precepit moyses: in testimonium illis. **Off.** Domine conuertere et eripe animam meam saluum me fac propter mi

Deus misericordie deus
deus deus indulgenti
de quibus miserere michi
sanctum quos quos
humiliter offero benigne
accipere et peccata que la
nitus per ignorantiam m
consuetudinem contrari
propitius ac miseratus in
loco penitentie / humiliter
rum concede: venia a tr
cipere delictorum. **Per.**
vina faciem tuam super lepra
tum me fac in tua misericordi
dar quoniam inuocauit te.
Deus qui vinorum
tor omnium qui
tem peccatorum / nec les
datione morientium / sel
tantes. et vivant / et lapsi
peroz / ut concedas michi
nia peccatorum / ut admi
et postmodum delenda v
tam / ut cum michi extren
miles vite mee aduenerit:
delictis omnibus angelu
tis me suscipiat & ad gau
perducatur. **Per dominum**
Orangels. Epistola.
preia / extra oia sicut m
Sithanis / tibi / vel d
sa sequis. **In**
Donate bon
mus angeli
dona letata
& etiam
uide. **ps.**
propitius
vitate inle
ria patri.
Deripitum nobis dom
mirationis preta sub
omnis et angua profum
gandescit. **Per.** **Cl**

sericordiam tuam.

Secreta.

Deus misericordie/deus pietatis/deus indulgentie/ indulge queso & miserere michi seruo tuo/ sacrificium quoque quod tue pietati humiliter offero benigne digneris suscipere/ et peccata que labentibus vitis per ignorantiam/ malamque consuetudinem contraxi/ tu pius et propitius ac miseratus indulge / et loco penitentie / flumine lachrymarum concesso : veniam a te merear percipere delictorum. Per. Coio. Illumina faciem tuam super seruum tuum, et saluum me fac in tua misericordia dñe nō cōfūdā quoniam inuocaui te. Postcoio.

Deus qui viuorum es saluator omnium/ qui nō vis mortem peccatorum / nec letaris in perditione morientium / sed vt conuertantur/ et uiuant / te suppliciter deprecor/ vt concedas michi misero veniam peccatorum/ vt admissa defleā/ et postmodum deslenda non admittam/ vt cum michi extrema dies/ finisq; vite mee aduenerit: emundatū delictis omnibus/ angelus sanctitatis me suscipiat/ & ad gaudia eterna perducatur. Per dominum nostrum.

De angelis. Epistola. Factū est preliū. & cetera oia sicut in festo sancti Michaelis. fol. xlvi. vel dicatur missa sequens.

Introitus.



Adorate dominū omnes angeli eius/ audiuit & letata est syō & exultauerunt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. Gloria patri.

Collecta.

Perpetuum nobis domine tue miseratiōis presta subsidiū & quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Per. Lectio libri

apocalypsis b. Johannis ap. l. xix.

In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum et fratrum tuorum habētium testimonium iesu. Deum adora. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius. Benedic anima mea dño et oia interiora mea nomē sanctum eius. Alleluia. Laudate deum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Sim lxx. Tractus.

Laudate dominum omnes gentes & collaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas dñi manet in eternū.

Secundum Johannem.

In illo tempore. Ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida / quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium/ cecorum/ claudorum/ aridorū expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam & mouebatur aqua. Et qui prior descendebat in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacunq; tenebatur infirmitate. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suavis est dominus.

Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes vt eadem angelico pro nobis interueniente suffragio/ & placatus accipias et ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum.

Coio. Benedicite omnes angeli domini

Pro familiaribus.

Domino: hymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Postco.

Bepleti domine benedictione celesti / te suppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio sanctorum angelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per.

Pro familiaribus. Introitus.

Exaudi de orationem meam & ne despereris deprecationem meam: intende in me et exaudi. **ps.** Contristatus

sum in exercitatione mea et conturbatus sum a facie inimici et a tribulatione peccatoris. Gloria patri.

Collecta.

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti: da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clementiam salutem mentis et corporis: ut te tota virtute diligant: et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per. eiusdem.

Ad Galathas. vi.

Hatres. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans seipsum ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi.

Lectio ysaie prophete. xix.

Dec dicit dominus. In die illa deferetur munus domino exercituum: et rex fortis dominabitur eorum. In die illa erit altare domini in medio terre & cognoscetur dominus et colent eum in hostijs & muneribus / et vota vouebunt domino et soluent. Et reuertentur ad dominum et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa erit israel benedictio in medio terre: cui benedixit dominus exercituum dicens. Benedictus popu-

lus meus et opus manuum mearum: hereditas mea israel. Dicit dominus omnipotens. **R.** Conuertere domine aliquantulum et deprecate super seruos tuos. **V.** Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. **Alia. V.** Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secundum Marcum. xii.

In illo tempore. Sedens iesus contra gazophilatium: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilatium. Et multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem una vidua pauper: misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos: ait illis. Amen dico vobis: quoniam vidua hec pauper / plus omnibus misit qui miserunt in gazophilatium. Omnes enim: ex eo quod abundabat illis miserunt. Hec vero de penuria sua: omnia que habuit misit: totum victum suum.

Aliud. Secundum Iohannem. xvii.

In illo tempore. Subleuatis iesus oculis in celum: dixit. Pater sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum / et ego misi eos in mundum: et pro eis ego sanctifico meipsum ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantum: sed et pro eis qui credituri sunt: per verbum eorum in me. **Offerto. V.** De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam.

Secreta.

Miserere quesumus domine de famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati / ut per hec sancta superne benedictionis gratiam obtineant / et gloriam eterne beatitudinis acquirant. Per. **Coio. Ab** occultis meis munda me domine et ab alienis parce seruo tuo. **Postco.**

Pro infirmis

Omnis libans mysterium domine ut heredia lammenta illis proficiant in maiestatem et patrem: ne quomodo dilectione herediae maiestati. Per dominum.

Pro infirmis.

De necessitatibus meis domine. Domine miserere meam & laudatam meam & laudatam meam & laudatam meam.

ps. A. Domine miserere meam: deus meus in te confido.

Omnipotens semper salus eterna credidit nos pro famulo tuo.

quo quibus misericordiamur auxilium: ut rediretate: gratiam tibi in reterat: actionem.

Lectio epistolae beati iacobi.

Omnipotens semper salus eterna credidit nos pro famulo tuo.

quo quibus misericordiamur auxilium: ut rediretate: gratiam tibi in reterat: actionem.

Lectio epistolae beati iacobi.

Omnipotens semper salus eterna credidit nos pro famulo tuo.

quo quibus misericordiamur auxilium: ut rediretate: gratiam tibi in reterat: actionem.

Lectio epistolae beati iacobi.

Omnipotens semper salus eterna credidit nos pro famulo tuo.

quo quibus misericordiamur auxilium: ut rediretate: gratiam tibi in reterat: actionem.

Pro infirmis. Contra pestem. Jo. lxiiij.

Digna libātes mysteria que-
sumus domine/ vt hec saluta-
ria sacramenta illis proficiant ad
prosperitatem et pacem? pro quorū
quarumq; dilectione hec tue obtuli-
mus maiestati. Per dominum.

Pro infirmis. Introitus.

De necessitatibus meis eri-
pe me domine, vide humili-
tatem meam & laborē meū
et dimitte omnia peccata
mea. **ps.** Ad te domine leuavi animam
meam: deus meus in te confido non erube-
scam. **Collecta.**

Omnipotens sempiterne deus
salus eterna credētum? exau-
di nos pro famulo tuo/ **is tuis**/ pro
quo **quibus** misericordie tue implo-
ramus auxilium: vt reddita sibi sa-
nitate? gratiarū tibi in ecclesia tua
referat/ **referant**/ actionem. Per.

Lectio ep̄le beati iacobi ap̄li. v.

Aharissimi. Tristatur aliquis
vestrum/ oret equo animo et
psallat. Infirmatur quis in vobis:
inducat presbiteros ecclesie et orent
super eum vngentes eum oleo in no-
mine domini. Et oratio fidei salua-
bit infirmum: et alleuabit eum do-
minus. Et si in peccatis sit: dimittē-
tur ei. **ps.** Tribulationes cordis mei di-
latate sunt: de necessitatibus meis eripe me
domine. **ps.** Vide humilitatem meam & labo-
rem meum & dimitte omnia peccata mea.

Alleluia. ps. Eripe me de inimicis meis
deus me? et ab insurgētib? in me libera me.

Secundum Lucam. iiii.

In illo tempore. Surgens Ie-
sus de synagoga: introiit in
domum Simonis. Socrus autē sy-
monis tenebatur magnis febribus
Et rogā uerūt illum pro ea. Et stās
sup̄ eam imperauit febrē: & dimi-
sit illam. Et continuo surgens: mini-
strabat illis. Cum autem sol occidit

set: omnes qui habebant infirmos
varijs languoribus: ducebant illos
ad eum. At ille singulis man? impo-
nens: curabat eos. **Offiz.** De profū-
dis clamaui ad te domine: domine exaudi o-
rationem meam. **Secreta.**

Deus cuius nutibus vite no-
stre momenta decurrunt: su-
scipe preces & hostias/ famuli tui/ **is**
rum tuorum/ pro quo/ **quibus** egro-
tante/ **tibus**/ misericordiam tuam
implozamus vt de cuius/ **quorum**/
periculo metuinus de eius/ **eorū** sa-
lute letemur. **ps.** **Cōio.** Inclina domi-
ne aurē tuā accelera vt eruas me. **Postcō.**

Deus infirmitatis humane si-
ngulare presidium? auxiliij tui
super infirmum nostrum/ **nos no-**
stros/ ostende virtutem: vt ope mise-
ricordie adiutus/ **ti**/ ecclesie tue san-
cte incolumis/ **es**/ representari me-
reatur/ **antur**. Per dominum.

Contra pestem. Introitus

Recordare domine te-
stamētū tui/ et dic an-
gelo percutiētī cesset
tam man? tua vt nō
desoletur terra et ne
perdas omnem ani-
mambiuam. **ps.** Qui regis israel in-
tēde q̄ deducis belut ouē ioseph. **Collecta.**

Deus qui non mortem sed pe-
nitentiam peccatorum desi-
deras/ populum tuum quesum? ad
te conuerte propitius: vt dum tibi
deuotus extiterit? iracundie tue ab
eo flagella amoueas. Per dñm.

Lectio libri regum. ii. xxiiij.

In dieb? illis. Immisit domi-
nus pestilētiam in israel a ma-
ne vsq; ad tempus constitutum: et
mortui sunt ex populo a dan vsque
berlabee septuaginta milia virozū.
Cumq; extendisset manum angel?
domini super hierusalem vt disper-

De quinque vulneribus christi.

deret eam / miseratus est dominus su-
per afflictionem: et ait angelo percu-
tienti populum. Sufficit nunc / con-
tine manum tuam. Erat autem an-
gelus domini iuxta aream areuna
iebusi. Dixitque dauid ad dominum:
cum vidisset angelum cedentem po-
pulum. Ego sum qui peccaui / et ego
iniquie egi. Isti qui oues sunt / quid
fecerunt: Vertatur obsecro manus
tua contra me et contra domum
patris mei. Venit autem gad
propheta ad dauid in die illa: et di-
xit ei. Ascende: et constitue altare do-
mino in area areuna iebusi. Et ascē-
dit dauid iuxta sermonem gad quē
preceperat ei dominus. **R.** Misit do-
minus verbū suum et sanauit eos et eripuit
eos de interitu eorum. **V.** Confiteantur do-
mino misericordie eius et mirabilia eius fi-
lijs hominū. **Alleluia.** **V.** Saluabo po-
pulum meum in medio hierusalem et ero ei
in deum in veritate et iustitia. **Euangelium**
Surgens iesus de synagoga. vt in
missa precedente. Offertorium. Ste-
cit pontifex inter mortuos et viuētes, habēs
thuribulum aureum in manu sua et offerens
incensi sacrificium placauit iram domini et
cessauit plaga a populo. **Secreta.**

Subueniat nobis domine que-
sumus sacrificij presētis obla-
tio que nos et ab erroribus vniuer-
sis potenter absoluat et a totius eri-
piat perditionis incursum. **Per. Cōio.**

Multitudo languentium et qui vexaban-
tur a spiritibus immundis veniebant ad eū
quia virtus de illo exibat et sanabat om-
nes. **Postcōio.**

Aaudi nos deus salutaris no-
ster: et intercedente beata ma-
ria semper virgine populum tuum
ab iracundie tue oneribus liberum:
et misericordie tue fac largitate secu-
rum. **Per. Collecta de s. Sebastia-
no dicenda in missa predicta.**

Omnipotens sempiternus deus:
qui meritis bti sebastiani mar-
tyris tui / quamdam generalem pe-
stem hominibus mortiferam reuo-
casti presta supplicibus tuis: vt qui
pro consimili peste reuocanda sub
tua confidentia ad ipsum confugi-
mus: suis meritis et precib⁹ ab ipsa
peste et ab omni perturbatione libe-
remur. **Per dominum. Secreta.**

Subueniat nobis domine mi-
sericordia tua intercedēte bea-
to sebastiano martyre tuo vt ab im-
minentibus peccatorum nostrorum
periculis mereamur te protegente
saluari et suis precibus ab omni pe-
ste et tribulatione liberari. **Per do-
minum nostrum. Postcōio.**

Daquesumus domine populo
tuo salutem mentis et corpo-
ris interuentu beati sebastiani mar-
tyris tui: vt bonis operibus inherē-
do: tue semper virtutis / et suorum
meritorū mereatur protectione de-
fendi. **Per dominum nostrum.**

De quinque vulneribus christi. Introitus.

Humiliauit semetipsū
dominus noster ies⁹
christus vlsq; ad mor-
tem / mortem autem
crucis: propter quod
et deus exaltauit il-

lum et donauit illi nomen quod est
super omne nomē. **ps.** Misericordias
dñi in eternum cantabo. **Collecta.**

Domine iesu christe fili dei vi-
ui / qui de celis ad terram de
sinu patris descēdisti / et in ligno cru-
cis quinque plagas sustinisti / et san-
guinem tuum preciosum in remissio-
nem peccatorum nostrorum fudisti:
te humiliter implozamus / vt in die
iudicij ad dexteram tuā audire me-
reamur, venite benedicti patris mei

Verb. auri
mōbis fragmas cum eod
a vniuer.
C. 2. mo zacharie pphete.
Et dicit dominus d
dam de spiritu meo
mum dauid et super habitam
malem / spiritum gratie et
tionis. Et aspicient in me op
fixerunt et plangent cum
magno: quasi super brigit
dolebunt super eum vt do
in morte primogeniti. In
rit plancus magnus in h
et dicitur ei: que tū plagi
dio manuum tuarum: Et
his plagatus sum in dom
qui me diligebant. fra
tare super pastorem meum
vtrum cōherentem michi
minus cōtortuam. Pertra
rem et dilpergentis oues gra
dominus omnipotens. **R.**
rium expectauit eoz mem et mi
binui qui simul contribatere
consolantem me quesiui et non
Et dederunt in escam meā fel et
potauerunt me aceto. **H. Ita.**
noster tu sol⁹ nros militer⁹ et
obediens, ductus es ad crucem, b
fueris ad uocacionem, tibi gloria o
bi triumphas: victoria tibi super
corona.
S. iohannem.
In illo tempore. Sciens
quia iam omnia consum-
sum bti. reformamur scrip-
dunt gti. A. Was ergo pūm
accēdit. xum. Illi autem hō
placēt aceto: pūo circumpon
es obulerunt oxi ems. Cum
uolūtiū aceturum dicit. C
matum est. Et inclinato cap
mō spiritum. Iudei ergo que
tūm erat: vt non remanere
tū corpora sabdato: erat em

Qui uiuis & regnas cum eodē patre in unitate.

Lectio zacharie pphete. xii.

Hec dicit dominus deus. Effūdā de spiritu meo super domum dauid & super habitantes hierusalem / spiritum gratie et misericordie. Et aspicient in me quem confixerunt et plangent eum placenti magno: quasi super unigenitum et dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit plactus magnus in hierusalē et dicetur ei: que sunt plage iste in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meum et super vicum coherentem michi: dicit dominus exercituum. Percute pastorem & dispergentur oues gregis: ait dominus omnipotens. **R.** Impropere ium expectauit cor meum et misericordiam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit, consolantem me quesiuī et non inueni. **V.** Et dederunt in escam meā fel et in siti meā potauerunt me aceto. **A. I. A. V.** Que rex noster tu solus nō nos miserat? errozes, patri obediens, ductus es ad crucem, ut agnus māsuetus ad occisionem, tibi gloria osanna tibi triumphus & victoria tibi superne laudis corona.

Secur. Johannem. xix.

In illo tempore. Sciens iesus quia iam omnia consummata sunt ut eo consummaretur scriptura dicit. Sit i. d. Nas ergo positum erat acedoplenum. Illi autem spongiā plenā aceto / ylopo circumponentes obrulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: emisit spiritum. Idei ergo quoniam pascuē erat / ut non remaneret in cruce corpora sabbato: erat enim

magnus dies ille sabbati / rogauerunt pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Uenerunt ergo milites et primi quidem frangerunt crura & alterius qui crucifixus erat cum eo. Ad iesum autem cum uenisset ut uiderent eum iam mortuum nō frangerunt eius crura. **Sec. v. n. s.** militem lancea latus eius aperuit: et continuo exiit sanguis & aqua. Et qui uidit testimonium perhibuit et uerum est testimonium eius. **Offit.**

In surrexerunt in me uiri iniqui absque misericordia quesierunt me interficere et non pepercerunt in faciem meam spuerunt et lanceis suis bulnerauerunt me et concussa sunt omnia ossa mea. **Secreta.**

Domine iesu christe qui pro mundi redemptione crucis lignum ascendisti / ut uniuersus mundus qui in tenebris erat illuminaretur / illam lucem in anima & corpore nostro semper tribue per quam ad eternam lucē peruenire mereamur. Qui cum patre et spiritu sancto ui.

Prefatio de sancta cruce. Cōio.

Hoderūt manūs meas & pedes meos, diuiterauerūt oīa ossa mea. **Postcōio.**

Domine iesu christe qui hora diei sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti / sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum sudisti, te humiliter deprecamur: ut post obitum nostrum paradisi ianuam gaudēter introire mereamur. Qui cum deo patre et spiritu sancto ui.

De quindecim auxiliatoribus.

Introitus.



Multe tribulationes iustorum et de his omnibus liberauit eos dñs / dominus custodit omnia ossa eorum / unum ex his non conteretur.

...s christi.
...ens sempiternus deus:
...tis bti sebastiani mar
...ndam generalem po
...us moniteram reuo
...plicibus tuis: ut qui
...peste reuocanda sub
...a ad ipsum confugi
...tis et precib⁹ ad ipsa
...perturbatione libe
...inum. **Secreta.**
... nobis domine mi
...tua intercedete bea
...tye tuo ut ab im
...torum nostrorum
...nur te protegente
...ribus ab omni pe
...e liberari. Per do
... **Postcōio.**
... domine populo
... mentis et corpo
... sebastiani mar
...peribus inherē
...tatis / et suorum
...r protectione de
...m nostrum.
...meribus christi.
...ntus.
...iliauit semetipsum
...minus noster ies⁹
...stus blos ad mor
...mortem autem
...s: propter quod
...us exaltauit il
...nomen quod est
...ps. **Miserere**
... **Collecta**
... christi fili dei ui
...tis ad terram d
...sti et in ligno cr
...stimonibus detlar
...olam in remissio
...ostrozum uoluit
...amus: huius die
...a tua: uoce me
...dicitur: me

De verb. auxiliatoribus.

Ps. Benedicam dñm in omni tempore: sc̄
per laus eius in ore meo. **Collecta.**

Omnipotens et mitissime deus
qui electos sanctos tuos geor-
gium/blasium/erasmum/pantha-
leonem/vitum/christoforum/dio-
nysum/ciriacū/achacium/eusta-
chium/egidium/magnum/marga-
ritam/catherinam/et barbarā spe-
cialib⁹ decozasti p̄uilegijs/ vt om-
nes qui in necessitatibus suis eorū
implozant auxilium secundum pro-
missionis tue gratiā petitionis sue
salutarem consequantur effectum/
da nobis quesumus nostrorum ve-
niam peccatorum & ipsorum interce-
dentibus meritis ab omnib⁹ aduer-
sitatib⁹ nos libera/ & petitiones no-
stras benignus exaudi. **Per.**

**Lectio epistole beati pauli apo-
stoli. Ad hebreos.** **xi.**

Fratres. Sancti per fidem vi-
cerunt regna: operati sunt iu-
stitiam/ adepti sunt repromissiones
Obturauerūt ora leonū/ extinperūt
impetum ignis/ effugarūt aciē gla-
dis/ conualuerūt de infirmitate/ for-
tes facti sunt in bello. Castra verte-
rūt exterozum: acceperūt mulieres
de resurrectione mortuos suos. Alij
autem distenti sunt non suscipiētes
redemptionem/ vt meliorem inueni-
rent resurrectionem. Alij vero ludi-
bria & verbera experti/ insuper & vin-
cula & carceres: lapidati sunt/ secti
sunt/ tētati sunt/ in occisione gladij
mortui sunt. Circuierūt in melotis/
in pellibus caprimis: egentes/ angu-
stiati/ afflicti/ quib⁹ dignus nō erat
mundus. In solitudinibus errātes:
in montibus/ et in speluncis/ & in ca-
uernis terre. Et hi omnes testimo-
nio fidei probati inuēti sunt: in chri-
sto iesu domino nostro. **Ps.** **C**lamaue-
runt iusti et domin⁹ exaudiuit eos, & ex om-

nibus tribulationibus eorum liberauit eos.

P. Iuxta est dominus his qui tribulato sūt
corde & humiles spiritu saluabūtur. **Alfa**
P. Fulgebunt iusti & tanq̄ scintille in arun-
dinetis discurrent et regnabunt in eternum.

Secundum Mattheum. **xi.**

In illo tempore. Respondēs ie-
sus: dixit. Confiteor tibi pater
domine celi et terre/ quia abscondi-
sti hec a sapientibus et p̄udentibus
et reuelasti ea paruulis. Ita pater
quoniam sic fuit placitum ante te.

Dia michi tradita sūt a patre meo.
Et nemo nouit filium nisi pater: ne-
que patrem quis nouit nisi filius/ et
tui voluerit filius reuelare. Venite
ad me omnes qui laboratis et one-
rati estis: et ego reficiam vos. Tolle
te iugum meum super vos: et discite
a me quia mitis sum et humilis cor-
de/ & inuenietis requiem animabus
vestris. Iugum enim meum suauē
est: et onus meum leue est. **Offerto.**

Mirabilis deus in sanctis suis de⁹ israel
ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue
benedictus deus alleluia. **Secreta.**

Suscipe clemētissime de⁹ p̄ces
& hostias quas tibi in sc̄torū
tuorū georgij/blasij/erasmi/pan-
thaleonis/viti/christophori/diony-
sij/ciriaci/achacij/eustachij/egidij/
magni/margarite/catherine/ & bar-
bare honore deferimus/ vt qui iusti-
tie nostre fiduciam non habemus/
eorum qui tibi placuerunt intercedē-
tibus meritis/ petitionum nostrarū
te pium largitorem sentiamus. **Per**

Cōio. Posuerunt mortalia seruoꝝum tuo-
rum domine escas volatilibus celi, carnes
sanctorum tuorum bestiis terre secundum
magnitudinē brachij tui posside filios mor-
ti punitoꝝum. **Postcōio.**

Sacramenta que sumpsimus
domine intercedentibus san-
ctis tuis/ georgio/ blasio/ erasim⁹

De sancto spiritu.

Jo. lxx.

panthaleone / vito / christoforo / dionysio / cyriaco / achacio / eustachio / egidio / magno / margarita / catherina / & barbara nobis quesumus pro sint ad veniam / et quorum petitionem clementer exaudisti / in necessitatibus nostris nos refoue miserat⁹ auxilio / et ab omni aduersitate nos potenter custodi. Per dominum nostrum iesum christum.

De sancto spiritu. Introitus.



Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia / & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluia alleluia alleluia. **ps**

Omnium est enim artifex, omnem habes virtutem omnia prospiciens. **Collecta.**

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia.

Lectio actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Cum audisset apostoli qui erant hierosolymis quia recepit samaria verbum dei: miserunt ad illos petrum & iohannem. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Non dum enim in quemquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu.

Tunc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum. **vs.**

Beata gens cuius est dominus deus eius populus quem elegit in hereditate sibi. **v.** Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. **Alleluia. v.** Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

Tempore paschali. Primum. Alleluia.

Alleluia. v. Veni sancte spiritus. **Secundum. Alleluia. v.** Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnem veritatem.

Secundum Johannem. xliii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: & ad eum veniemus / & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus / quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia / et suggeret vobis omnia quecumque dixerero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique / quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater: sic facio. **Offertorium. Co-**

firma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alla. Secreta.

Manera domine quesumus oblata sanctifica / & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum in unitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula

Coio. Hactus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis ubi erant sedentes alleluia, et repleti sunt omnes spi-

